UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De Sanctis Qui In Utraque Scotia IV Idus Novembres Coluntur

urn:nbn:de:hbz:466:1-72556

Visual Library

A Io Gio. Battista Caracciolo de C. R. affirmo ut supra.

Io Andrea Capece de Ch^{l} Reg^{ri} ho visto liquefare et bollire il sangue del Beato Andrea nel giorno et anno come di sopra.

Io Gennaro Caracciolo de Ch^{l} Reg^{ri} ho visto bollire et far schiuma al sangue ut supra.

Io Marco Antonio Sanseverino C. Reg^{ri} ho visto la liquefassione et bullimento del sangue del Beato Andrea nel giorno et anno ut supra.

II

Noi infrascritti Chierici Regolari per la presente facciamo fede a chiunque spettarà vederla come nell' anno 1612 a di 10 novembre, giorno anniversario della morte del B. Andrea Avellino, ci trovammo presenti quando il sangue di detto Padre conservato in una carrafina di vetro fu posto nella cappella delle reliquie, et osservammo che di detto sangue poco ve n'era liquido et il resto tutto era duro e congelato. Et poi verso B le ventidue hore avvertimmo che era più liquefatto di prima, e così a poco a poco fino alle tre hore di notte vidimo che il sangue s'andò liquefacendo in maniera, che voltandosi sottosopra la carrafina il sangue correva tutto liquido, e lasciava il vetro netto affatto, eccetto che in una parte ve ne restava quanto un picciolo granello, a tempo che prima si vedeva attorno il vetro il detto sangue attaccato et indurito. Et in fede di ciò habbiamo fatta la presente, e sottoscrittala di propria mano. In Napoli nella nostra casa di S. Paolo a dì 8 marzo 1613.

TESTIMONIA

Io D. Benedetto Mandina de Ch^{l} Reg^{ri} sono stato presente e veduto tutto il sopradetto, e di più ho osservato il colore del sangue più chiaro e vermiglio dell' ordinario, con alcune granelle come ampolle per mòdo di bullone.

Io Gio. Ant^{o} Cagiano di Chier. Reg^{l} sono testimonio ut supra.

Io Andrea Capece de Cherici R^{rl} sono testimonio ut supra.

Io Francesco Albamonte de Chierici Reg^{rl} sono testimonio ut supra.

Io D. Lorenzo Biffi osservai il sangue più chiaro e più vermiglio, et assai più liquefatto di quello che due giorni avanti veduto l'havevo.

Tutti li soprascritti Padri e fratelli hanno fatto la soprascritta fede de mia licenza et firmato di E propria mano, et in fede del vero ancor io ho firmato di mia mano. In San Paolo di Napoli a 8 di marzo 1613.

Don Andrea Pescara Castaldo Prep^{o} de Ch. Reg. in S. Paolo aff. ut supra.

DE SANCTIS QUI IN UTRAQUE SCOTIA

IV IDUS NOVEMBRES COLUNTUR.

E sanctis quos memorant Oengus,

1. *Sancti quorum mentio fit IV idus novembres in heortologiis, calendariis, martyrologiis utriusque Scotiae, non secus expediendi sunt atque hesterni* (1). *Igitur primus testimonium dicat gadelice Oengus Culdeus:*

C
Aed macc Bricc dend rígraid
becc ná bu mó écaib ;
is ard isin mór-fhlaith
in sab síl Chuinn Chétaig (2).

Latine: Aedh filius Breaci, de regibus, paulum abest quin morte maior fuerit; sublimis est in regno amplissimo pugil de semine Conni hecatontamachi (3).

Marianus Gormanus,

2. *Multo plura sanctorum nomina strophis suis intexuit Marianus Gormani nepos:*

Papa maith Martinus ;
Tibeir ; Modeist miadach ;
Dimetir nar, dalach ;
Do-Liba seim ; Sénic ;
Cu-Boirne tricc, treorach ;
Aed mac Bric in bagach.

F
Coel craibdech ; Mo-Cruadóc ;
Grellan ; Findmac find-noem ;
la Laegaire lomnan ;
Fergus aebda ; Osnat ;
epscop Dergg-Áedh deg-mor ;
Sodelb ; Ciaran comlan ;
Comman nar gand gart-brig.
For quart-id a comdal (4).

(1) Supra, p. 304, num. 1. — (2) Locus a Stokesio bis editus, *On the Calendar of Oengus*, p. CLXII, cum glossis pp. CLXVI, CLXVIII ; *Félire Óengusso*, p. 233, cum glossis p. 240. Huius tetrastichi apographon legitur et in marg. recta fol. 152 codicis R 2 Vitae II S. Aedhi Killariensis ; codicis descriptionem dedimus supra, p. 495. — (3) Haec quae prisci glossatores annotaverunt. Verba *dend rigraid*, quae vertimus: *de regibus*, explanat: *id est de sanctis* Laudianus (iam de plerisque codicibus huius heortologii brevissime dictum est supra, p. 305, num. 6). Alter versus sic illustratur in *Leabhar Breac: .i. ni rodlecht bás ; no ar is mó éc na fírén* (*aecnai fírén* cod.), *ut apostolus dicit:* <*volo dissolvi et esse cum Christo*, add. cod. Rawlinson B. 505> ; *no is mo a éc 7 dul for nem dó, inas a betha abus isin tsaegul.* Latine: *id est mors ei non fuit debita; vel quia satius est homini iusto mori, ut apostolus dicit: Volo dissolvi et esse cum Christo* (Phil. 2, 23) ; *vel satius est ei mori et migrare ad caelum, quam vivere adhuc in saeculo.* In tertio versu *sublimem* explanat: *uasal*, id est *nobilem* ; vocibus *isin mór-fhlaith*, quae reddidimus *in regno amplissimo*, adicit: *id est in caelum.* In ultimo versu Stokesio incertum est utrum pugilem an principem significet vox hibernica *sab*, *Félire Óengusso*, p. 359 ; glossator etiam dubitanter: *sab, id est so-abb* (latine *bonus abbas*) ; *vel propter firmitatem in fide Christi sabb* (latine *fortis, stabilis*) *dicitur.* Vox enim *sab* proprie baculum, columen, fulmentum significat ; per translationem: principem, ducem. Cf. cymricam vocem *post*, supra, p. 188 B, cum annot. 2. — (4) STOKES,

Latine:

A *Latine*: Papa bonus Martinus ; Tiberius ; Modestus honestus ; Demetrius verecundus, coetosus ; Do-Liobha gracilis ; Sénic ; Cú-Boirne promptus, strenuus ; Aedh filius Breaci bellicosus ; Coel pius ; Mo-Chruadóc ; Greallán ; Fionnmac albus, sanctus ; cum Laeghaireo amplo ; Fearghus venustus ; Osnat ; Derg-Aedh episcopus, bonus et magnus ; Soidhealbh ; Ciarán perfectus ; Commán haud parcus generoso vigore. Quarto idus conventus eorum est (1).

calendaria. 3. *Calendarium Drummondiense* (*saec. XII*) *alienigenarum sanctorum nominibus subdit:* Et in Hibernia sancti Oeda, episcopi et confessoris (2). *Hibernum neminem memorat Dubliniense martyrologium, nisi quod recentiore manu ascriptum est:* Colmanni episcopi et confessoris (3). *De utroque Iohanne, Scoto nempe et Magnopolitano, non operae pretium est exscribere eulogia quae Dempsterus operi suo inseruit* (4). Sanctus Ioannes Scotus Martyr *legitur in calendario*
B *David Camerarii* (5). *Challoner tandem excipit Iohannem Magnopolitanum, Aedhum episcopum, Ilaudum abbatem* (6) *et in* Supplemento *addit Sodelbiam virginem* (7) *e Castellano; hic autem meminit et SS. Aedhi et Iohannis Magnopolitani* (8).

martyrologium Dungallense, 4. *In Dungallensi martyrologio haec leguntur:*

F. Quarto idus novembris. 10.

Aodh [1] mhac [2] Bric epscob o Chill Áir i Midhe *ocus* o Shlíabh Líacc i tTír Boghaine i cCenel *Con*aill. Do slioc*ht* Fhiach*ach* m*ic* Néill *Naoighiallaigh* dó [3]. Aois Cr*íost* an ta*n* ro fháidh a sp*ior*at dochum nimhe 588.

Greallan [4] ó Craoibh Greall*á*in [5] i cCon*n*achtuibh [6] i nairther Maighe Luircc. Cuillín m*ac* Cairb*re* Cluaisdeirg do Laighnibh a athair *ocus* Eithne ain*m* a mhathar. I naimsir Pát*raicc* ro gein*ead*h somh, do réir a bheth*aidh* fein cap. 1. Ba deiscip*ul* [7] do Pat*raicc* é, cap. 2 [8]. As e ro athbheóaigh Eoghan Sriabh m*ac* Duach [9] Ghalaigh a bás an tan ro ba naoidh e ; *con*idh ona sriabhaibh dia bhachaill tucc for a corp aga aithbeoug*had*h ro hain*m*nig*hed*h Eoghan Sriabh dhe, am*hail* as foll*us* isin tres cap. do bheth*aidh* Greall*á*in [10]. D

Fiondmhac epsc*op*.

Laeghaire epsc*op* Cluana Cremha.

Dergaedh epsc*op*.

Ciaran epsc*op* Tiop*rat* mac Nen*na* [11].

Mo-Chruadoch Airdne Coluim.

Cú-Boirne.

Cáol Craibhdeach.

Do-Lioba.

Fergh*us* Insi Inescclain*n* for Loch Eirne.

Sodhealbh ogh *ocus* Cen ain*m* a baile i Muigh *Con*aille. Ar sliocht Catáoir Móir airdri E*renn* do Laighnibh ata Soidhealbh [12].

Osnat ógh. No Asnad, do Cenel Eog*hain* m*ic* Néill [13].

Commán.

Senic [14].

[1] Aedh A. — [2] *sic* A, B. — [3] (Do sliocht -
C do) *om.* A. ; *in marg. prim. man. add.* B. — [4] Greallán A ; *spatium aliquot litterarum vacuum reliquit* B, *tituli* epscop *adiciendi causa si opus foret.* — [5] Ghrealláin A. — [6] Mar *add. sup. lin. alia man.* B, *quod significare videtur Greallani commemorationem et apud Marianum Gormanum hodie indici* — [7] *prim. man. sup. lin., in textu* dalta *del.* B. — [8] (Cuillín - cap. 2) *om.* A ; *in marg., ead. man. add.* B. — [9] Duaich A.

[10] (amhail - Grealláin) *om.* A ; *ead. man. add.* B. E
— [11] Nénna A. — [12] (Ar sliocht - Soidhealbh) *om.* A ; *ead. man. add.* B. — [13] (No - Néill) *om.* A ; *ead. man. add.* B. *Vocis* Neill *littera* N *superscripta litterae alicui erasae* B. — [14] Lomán nó Lomnán, Marian. *add. ead. man. quae* Mar *scripsit supra* (*cf. annot. 6*) B ; *sed haec quattuor verba deleta sunt eodem atramento quo scripta; de Lomnano illo cf. annot. 1.*

Latine: Aedh filius Breaci, episcopus, de Ceall Áir in Midia et de Sliabh Liag in Cenel Conaill. E stirpe Fiachai filii Nialli Naoi-ghiallach [1]. Annus Christi, cum spiritum ad caelum emisit, 588.

Greallán, de Craobh Ghrealláin in Connacia, ad orientem Magh Luirg. Cuillín filius Cairbrei Cluais-dhearg, Lageniensis, erat pater eius ; et Eithne nomen matris eius. Tempore Patricii natus fertur (Vita, cap. 1). Discipulus erat Patricii (cap. 2) [2]. Ipse a mortuis suscitavit Eoghan Sriabh, tum parvulum, ita ut a vestigiis quos baculo suo (S. Greallanus) eius (Eoghani) corpori impressit dictus sit Eoghan Sriabh (*Eoghan a vestigio*), uti clarum est in tertio capite Vitae Greallani [3]. F

Fionnmac episcopus.

Laeghaire episcopus de Clúain Creamha.

[1] (E stirpe - Naoighiallach) *om.* A ; *in marg. ead. man. add.* B. — [2] (Cuillín - cap. 2) *om.* A ; *in marg. ead. man. add.* B. — [3] (uti - Greallani) *om.* A ; *ead. man. add.* B.

Félire hûi Gormâin, p. 214. — (1) Haec fere cuncta Stokesio interprete. In tertio versu adiectivum *dalach* dubitanter ille vertit anglice *multitudinous.* Nos coetosum latine finximus, novum verbum. Quid autem sibi illud velit, neque a Stokesio, neque a nobis exquirendum est, sed ab uno Mariano. *Cú-Boirne promptum, strenuum* intelleximus cum Stokesio ; verba gadelica significare possunt etiam *velocem itineris ducem.* Tandem in versu nono : *la Laeghaire lomnan*, Stokesio assentimus. Maluerit alius : *la Laeghaire Lomnan*, id est *cum Laeghaireo Lomnanus*, quasi hoc etiam sancti nomen esset. Lomnan enim librarius scribere potuit pro Lomman, quo nomine plures sancti Hiberni sunt appellati. Praestat tamen Michaelem O'Clery ducem sequi, qui Mariani heortologium exaravit et ad martyrologium Dungallense conficiendum adhibuit, neutrubi Lomnani mentione facta. Tandem in Libro Ardmachano, fol. 16 a 2, Lomnanum legit Stokesius, *Sanas Chormaic. Cormac's Glossary*, ed. O'Donovan et Stokes (Calcutta, 1868), p. 1 (= *Irish Archaeological Society*) ; sed, inspecta Libri Ardmachani editione Gwynniana, comperimus Stokesium pro Lommano, qui in eo loco saepius occurrit, perperam scripsisse Lomnanum. — (2) Forbes, *Kalendars of Scottish Saints*, p. 28. Oeda nihil aliud est nisi una e plurimis formis genetivi singularis nominis Aedh. — (3) *The Book of Obits and Martyrology of the Cathedral Church of the Holy Trinity, commonly called Christ Church, Dublin.* Ed. J. C. Crosthwaite et J. H. Todd, p. xlv. — (4) *Menologium Scotorum*, ad diem ; ap. Forbes, op. c., p. 218. — (5) *De Scotorum Fortitudine, Doctrina et Pietate*, in calendario, ad diem ; ap. Forbes, op. c., p. 242. — (6) *A Memorial of British Piety or a British Martyrology*, p. 174-75. — (7) *Supplement to the British Martyrology*, p. 30. — (8) *Martyrologe universel*, ed. 1, p. 571-72.

Dergaedh

A DERGAEDH episcopus.

CIARÁN episcopus de Tioprat mac Nénna.

MO-CHRUADÓCH de Airdne Coluimb.

CÚ-BOIRNE.

CAEL CRÁIBHDHEACH.

DO-LIOBHA.

FEARGHUS de Inis Inesclainn in Loch Eirne.

SOIDHEALBH virgo. Cen est nomen loci eius (virginis) in Magh Conaille. Erat Soidhealbh de progenie Cathaoiri Mór, Lageniensis, totius Hiberniae regis [4].

OSNAT virgo. Vel Asnad. De stirpe Eoghani filii Nialli [5].

COMMAN.

SENIC [6] (1).

[4] (erat - regis) *om.* A ; *ead. man. add.* B. — [5] (vel - Nialli) *om.* A ; *ead. man. add.* B. — [6] Lomán vel Lomnán, Marianus *add. alia manus sed del.* B ; *vid. supra annot. 14.*

pauci supersunt de quibus breviter dicamus.

5. *Ex his quorum nomina recensuimus demendi sunt Martinus, Modestus, Demetrius, qui ad Scotiam non pertinent; de Aedho, Greallano, Iohanne Magnopolitano fuse actum est; Iohannes Scotus et Illandus (sic enim legendum est) breviter inter praetermissos memorati sunt. Reliquum est ut dicamus de sanctis virginibus Osnat et Soidhealbh, de sanctis Ciaran, Colman, Dergaedh, Fionnmac, Laeghaire, episcopis; de sanctis Coel, Comman, Cu-Boirne, Senic, Fearghus, Mo-Chruadoc, Do-Liobha.*

S. Soidhealbh virgo.

6. *De S. Soidhealbh nihil traditum videtur praeter hanc glossam in heortologio Mariani quam Dungallenses exscripserunt:* ógh; Cen ainm a baile i Magh Conaille (2). *Latine:* virgo ; Cen nomen (est) loci eius in Magh Conaille. *Campus autem Magh Conaille dictus patet in comitatu Louth* (3). *Nihil aliud nobis innotuit de hac virgine, cuius stemma frustra quaesivimus in collectaneis genealogicis de sanctis e stirpe Conalleorum ortis.*

S. Osnat virgo.

7. *S. Osnat (alias Osnad, Asnat, Asnad) quae hodie colitur fuisse* ógh, *id est* virginem, *tradit Mariani annotator* (4), *quem Dungallense martyrologium sequitur* (5). *Hanc esse unam e sex virginibus filiabus Ronani mac Ninnedha, quarum stemma in Quattuor Magistrorum collectanea genealogica receptum est* (6), *opinio est Iohannis Colgani* (7). *Quae si vera est, huius virginis aetas aliquatenus definiri potest; Niallus enim eius tritavi proavus, qui fertur, in universam Hiberniam regnavit ineunte saeculo V.* C

S. Ciaran.

8. *S. Ciaran, qui hodie colitur, fuisse* epscop Tioprata mac nÉnna, *id est* episcopum de Tioprait mac nÉnna, *legimus in heortologio Mariani annotato* (8), *quod exceperunt Dungallenses* (9). *Idem sanctus eodem loci nomine apposito* (10) *a cognominibus distinguitur in* Catalogo sanctorum Hiberniae homonymorum (11) ; *sed ille locus ubi fuerit, incompertum est* (12).

S. Colman.

9. Colmanni episcopi et confessoris *cuius nomen recentiore manu in margine martyrologii Dubliniensis est ascriptum* (13), *nemo alius meminisse videtur. Profecto peracutus sit qui hunc discreverit e cognominibus ducentis et quinquaginta* (14).

SS. Fionnmac et Dergaedh.

10. *De SS. Fionnmac (alias Findmac) et Dergaedh nihil nobis innotuit praeter episcopi titulum qui alteri ab ipso Mariano ascribitur* (15), *alteri a Mariani annotatore* (16) ; *uterque e Mariani codice in Dungallense martyrologium fluxit* (17).

S. Laeghaire.

11. *S. Laeghaire fuisse* epscop Clúana Creamha, *id est* episcopum de Clúain Creamha, *legitur in annotatione ad Mariani heortologium* (18), *quam recepit martyrologium Dungallense* (19). E *Cluain Creamha putant nonnulli locum esse in parochia Clooncraff, baroniae et comitatus Roscommon* (20). *Sed forsitan hic alius est eiusdem nominis locus* i nDelbna Assail, *qui Midiae regionis est tractus, ubi ecclesia a S. Patricio condita est et S. Meldano episcopo commissa* (21). *Huic ecclesiae, inter successores Meldani illius, S. Patricii discipuli, praefuisse putamus et Osbran illum* anchoritam et episcopum Cluana Creamha (22), *qui anno 751 obiisse traditur, Comgallum, cuius meminit* Comainmnigud Noem hErend (23), *et hunc Laeghaireum. Nam in hoc Cluain Creamha certe episcopalis cathedra statuta est; de illius vero episcopis nihil aliud usquam legisse meminimus. Sed ubi sit* Clúain Creamha i nDelbna Assail *nemo hactenus certo rescivit* (24). *Ceterum, si Laeghairei episcopi sedes uti coniecimus, non in Connacia sed in Midia quaerenda est, ipse alius est a Laeghaireo filio Fiaci qui, ut e stemmate patet* (25), *S. Patricii coaevus fuit. Patricii enim tempore non Laeghaireus illi ecclesiae praeerat, sed Meldanus. Accedit quod Laeghaireus filius Fiaci originem trahebat ex Ultonia, ubi Dunensis episcopus fuisse fertur* (26). *Secernendus est hic a tertio Laeghaireo, episcopo loci qui nunc dicitur Errew, ad Loch Con, in comitatu Mayo* (27) ; *cuius festum pridie kalendas octobres recensetur in Mariani heortologio* (28) *et martyrologio Dungallensi* (29). F

(1) De codicibus vide supra, p. 305. Varietates quae meram grammaticam attingunt negleximus. Locus legitur in A fol. 104, in B fol. 55^{v}. — (2) STOKES, *Félire hûi Gormáin*, p.214. — (3) HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 516, i. vv. Magh Conaill, Magh Conaille, Magh Connaille. — (4) STOKES, op. c., p. 214. — (5) Supra, num. 4. — (6) *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. WALSH, p. 44, num. 3 ; p. 45, num. 13 ; p. 46, num. 20 ; p. 47, num. 23 ; cf. p. 48, num. 30. — (7) Ibid., p. 44, num. 3, annot. — (8) STOKES, op. c., p. 214. — (9) Supra, num. 4. — (10) Ciaran Tiprat mac nÉnae, *The Book of Leinster*, p. 367, col. 4 ; Ciaran Tiprat Ennae, cod. Rawlinson B. 502 ; Ciaran Tibrat Ennae, *The Book of Ballymote.*— (11) *Comainmnigud Noem hErend*, ed. D. T. BROSNAN, in *Archivium Hibernicum*, t. I (1912), p. 327. — (12) HOGAN, op. c., p. 634, i. v. Tipra mac nEnnae.— (13) Supra, num. 4. — (14) *Comainmnigud*, ed. cit., p. 318-26. — (15) Supra, num. 2.— (16) STOKES, op. c., p. 214.— (17) Supra, num. 4.— (18) STOKES, ibid. — (19) Supra, num. 4.— (20) Hos, Iohannis O'Donovan sequaces, recenset HOGAN, op. c., p. 259, i. v. Cluain Crema (1) ; quo perperam illata est mentio Libri Ardmachani fol. 19 a 1, ubi perspicue agitur de Cluain Crema (2) in Midia sito.— (21) STOKES, *The Tripartite Life of Patrick*, t. I, p. 74. Cf. Lib. Ardm., l. c. — (22) *Annals of Ulster*, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 214-15. — (23) Ed. cit., p. 326. — (24) De hac re universa disserit O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. I, p. 467. Cf. HOGAN, l. c. et i. v. Cluain Crema (2).— (25) *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. cit., p. 83. — (26) Ibid. — (27) W.M. HENNESSY, *Proceedings of the Royal Irish Academy. Irish MSS. Series*, t. I, Part I, p. 119, annot. 20. Cf. O'HANLON, op. c., t. IX, p. 645. — (28) STOKES, *Félire hûi Gormâin*, p.186. — (29) *The Martyrology of Donegal*, p. 262.

S. Coel.

12. S. Coel solo cognomine cráibdech (1), quod pietatis asceticae significationem habet, ab homonymis paronymisque plurimis distinguitur (2). Immo vero cum nomen Coel masculinum pariter sit et femininum, ne certo quidem constat utrum Coel sanctus an sancta fuerit. Quod in hibernica hagiologia non adeo rarum est.

S. Comman.

13. De S. Comman, praeter Mariani elogium subobscurum et e locis communibus haustum (3), nihil novimus. Sancti autem Commani duodecim fere cognomines ab uno Mariano memorantur (4). Neque de S. Cu-Boirne aliud quicquam repperimus atque Mariani annuntiationem, quam Dungallensis exscribit (5). Nomen latine verti potest Canis (regionis) Boirenn (6). De S. Senic solum novimus festum diem, unde constat eum alium esse atque Senic cuius meminerunt Marianus et Dungallensis d. 27 iunii (7). Neque operae pretium est exquirere quot cognomines habeat hypocoristicis variis dissimulatos.

S. Fearghus.

14. Sanctum Fearghus a cognominibus quos Marianus Gormanus (8) Dungallensesque (9) memorant nihil distinguit nisi locus ubi vixisse fertur. Etenim in glossa heortologii Mariani (10) legitur fuisse Insi Inesclainn for Loch Eirne, latine de Inis Ineasclainn in Loch Eirne. In lacu autem Eirne, comitatus Fermanagh, tot insulae sunt quarum nulla hoc nomine appelletur in tabulis eius regionis, ut omnino non possimus Inis Ineasclainn reperire. Quaestionem solvant lintrarii illarum partium. Quippe significat

D Inis Ineasclainn insulam rapidi aquarum impetus (11). Haec autem insula nisi a Mariani annotatore eiusque sequacibus Dungallensibus, nusquam memoratur (12). De altero S. Laeghaireo qui vixit in alia insula eiusdem lacus, Inis Caoin dicta, egit Iohannes O'Hanlon ad d. 29 martii (13).

S. Mo-Chruadoc.

15. S. Mo-Chruadóc vixisse in loco dicto Airdne Coluim tradit martyrologium Dungallense (14), secutum Mariani annotatorem(15). Airdne Coluim, alias Airdne Coluimb, existimabat Iohannes O'Donovan esse sacellum S. Columbae in parochia Ardcolm, baroniae Shelmaliere East, comitatus Wexford (16), quod illic sacelli parietinae exstarent. Sed non minus probabiliter hic locus significatur quam Ardcollum in parochia Kilronan, baroniae Boyle, comitatus Roscommon, vel Ardcolum, in parochia Kiltoghert, baroniae et comitatus Leitrim (17).

S. Do-Liobha.

16. De S. Do-Liobha, alias Do-Libha, Do-Liba, verius Liobha seu Libha, una superest mentio ad hunc diem in Mariani heortologio, quam exscripserunt Dungallenses (18); neque aliter a cognominibus potest discerni (19). E At cum ceteri inter se distinguantur adiecto nomine loci ubi vixerunt, nullus autem ex Araniis insulis fuisse dicatur, conici potest hunc esse S. Libeum Araniensem, fratrem S. Endei, de quo pauca collegit Colganus (20). Nullo enim auctore videtur idem scriptor asseruisse fratrem S. Endei esse utrum e sanctis Liobha qui colerentur d. 8 ianuarii et 18 februarii (21).

(1) Supra, num. 2, 4. — (2) STOKES, op. c., p. 343, i. vv. Cóel, Cóelán, Cóelfhind. — (3) Supra, num. 2. — (4) STOKES, op. c., p. 346, i. v. Comman. — (5) Supra, num. 2, 4. — (6) Plures sunt loci et regiones in Hibernia dictae Boirenn, in gen. sing. Boirne; vid. HOGAN, op. c., p. 118, i. vv. Boirend sqq. Neque rara sunt virorum nomina hoc modo deducta a voce *cú* (cane), e. g. Cú Chulaind, Cú Ulad, Cú Bretan, Cú Átha Cliath, Cú na hEmna Macha; vid. E. WINDISCH, *Die altirische Heldensage Táin Bó Cúalnge* (Leipzig, 1905), p. 1082, i. v. Cú (= Wh. STOKES und E. WINDISCH, *Irische Texte*, Extraband zu Serie I bis IV). — (7) STOKES, C op. c., p. 124; *The Martyrology of Donegal*, p. 180. — (8) STOKES, op. c., p. 362, i. v. Fergus. — (9) *The Martyrology of Donegal*, p. 507, i. v. Ferghus. — (10) STOKES, op. c., p. 214. — (11) ID., ibid., p. 316, i. v. Inis Inesclainn. — (12) HOGAN, op. c., p. 466, i. v. Inis Inesclainn. — (13) *Lives of the Irish Saints*, t. III, p. 993-94. Cf. *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 766. — (14) Supra, num. 4. — (15) STOKES, op. c., p. 214. — (16) *Annals of the Four Masters*, t. I, p. 544, annot. *t*. — (17) *Census of Ireland, 1901. General Topographical Index* (Dublin, 1904), p. 26. — (18) Supra, num. 2, 4. — (19) STOKES, op. c., p. 375, i. v. Liba. *The Martyrology of Donegal*, p. 501, i. v. Daliba; p. 503, i. v. Dolibha; p. 519, i. v. Molibha. — (20) *Acta Sanctorum Hiberniae*, pp. 712 et 713. Cf. *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. cit., p. 71. — (21) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 713. Fortasse tamen F huius rei auctoritates interiere cum casu exciderunt quaedam Colgani collectanea de sanctis huius nominis; cf. op. c., p. 43, annot. 4.

APPENDIX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN